

desiderio in villa Theumville intrusus ille
farcitus ventor se abscondit. Facta fuit hec
captio per dominum Gerardum de Presine
tunc gubernatorem episcopatus Metensis adiu-
torio Metensium qui illum Hilmanum intrusum
non quod sit de villa Metensi natus
maque hodie respuant et admittere dedignantur.
Istis sic se habentibus ^{et} patria in pace fida
quiescente facta est relacio fide digna pape
Clementi, quomodo hanc ille presul Petrus in
doctrina erudita et sana necnon et potentia
forti ecclesiam suam gubernavit, protinus
de consilio suorum sanctum eum in cardina-
latus sublimavit gradum et adiunxit eum
suo consorcio, mittens ei in Vicum capellam
rubeum cum potestate administrationis honorum
ecclesie Metensis adiuvans quod non tardaret
sed ad eum accederet veloci cursu, quod tanquam
verus obedientie filius statim complevit ferventi
cum effectu. Tandem animose veniens, ubi tunc
residebat curia Romana, at honorifice ut erat
dignum receptus a papa, clero atque populo, non
sineus Deus candelabrum sub modio latitare
eum quamplurimis miraculis in vita decoravit,
unde ut narravit mihi quidam Willelmus Topcline
nominatus Anglicus, qui eius servicio alibi
insistebat; quedam mulier in Lineano^{que} per septem
annos decrepita erat omni beneficio
desperata videns sanctum Petrum cum capello
rubeo..... Tandem clamavit: Domine reverende
qui a tua iuventute semper bonus esitisti tuis
sanctis precibus ^{adjuva} me ut liberer ab hac infirmi-
tate. At ille hoc audiens ait: Surge et veni,
at illa surrexit, recta laudans Deum. Inter cetera
fertur de illo sancto, quod cum quadam tempore
in Avinione iret spaciatum cum suo fratre cardinali
de Saluti^{ne} nepote Clementis pape, arbedicti, venerunt
ad cimiterium sancti Michaelis, ubi pauperes
solent sepeliri quod cimiterium ut didici a fide
dignis est nunc magnitudinis solum habens capellam
parvam cum heremitio^{adiacente} sillum
locum sepius frequentabat sanctus Petrus, ostendens

1/ theumville =.

1/ obte =.

1/ topcline =.

1/ alin =.

1/ lineano =.

1/ medicor =.

1/ loc. vac. septem fene litterarum

1/ retta

1/ salut =.

1/ hermi =.